



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

6 Matrimoniales causae à judicibus ecclesiasticis sunt decidendae, &  
termina[n]dae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

¶ quare numer. 19. Est enim unum ex septem Sacramentis Ecclesie, à Christo domino iustitum. Qui autem alter credit, anathema est, cap. ad abolen-  
dam in princip. de hæret. & d. can. 1. de sacr.  
matrimon. Nec post contractum regulat-  
riter dissoli potest, quia quos Deus con-  
junxit, homo non separat, Mass. cap. 19. &  
Marc. cap. 10. cap. quos Deus, 33.  
quest. 2. Lap. alleg. 86 in fin. I. ait. pre-  
tor. numer. 25 ff. de jure iur. & concil. Tri-  
dent. doc. de sacr. matr. vers. quos ergo, ead.  
sess. 24.

¶ Triplicem enim † designatur Sacra-  
mento mysterium in matrimonij carnali copu-  
la consummata, primum est unio fidelis  
animæ ad Deum per dilectionem, & cha-  
ritatem, & hoc designatur per conjunc-  
tionem animorum in ipsa prima despon-  
satione, dum alter per mutuum con-  
fusum, consentit in alterum, & designat  
charitatem, quæ consistit in spiritu inter  
Deum, & justam animam, cap. debitum, in  
princip. junct. in ver. Sacramentum, de bigam.  
secundum est unio humanæ naturæ ad De-  
um, quæ facta est in utero virginali per  
incarnationem Verbi Dei, & hoc designa-  
tur per carnalem conjunctionem viri, &  
uxoris, reliquum vero designat conformi-  
tatem, quæ constit in carne inter Christum, & sanctam Ecclesiam. Bellarm in 4.  
controv. pen. lib. 2. de monach. c. 38. §. porro id.  
primum enim est unio voluntatis, secun-  
dum est naturæ conformitas, tertium Sa-  
cramentum est unitas Ecclesie ex omni-  
bus gentibus collecta, & uni viro Christo  
subjecta. Hoc autem Sacramentum desi-  
gnatur per illum conjugatum, qui unicum  
taniū matrimonium servavit: sed, ubi se-  
cunda matrimonium contrahitur, hoc

tertium Sacramen. non habet locum, quia  
recedit ab illa unitate, quæ primò signaba-  
tur per unicum matrimonium, quia in se-  
cundo matrimonio dividit carnem suam in  
plures, unde unitatem jam signare non po-  
test, Christus enim signat unitatem ex o-  
mnibus gentibus, sed ex quo Ecclesia Chri-  
sto se conjunxit, ab eo nunquam discessit,  
nec ipse ab ea; ergo bis conjugatus talem  
unitatem significare non potest, gl. in d. c.  
debitum, in verb. Sacramentum, de bigam.

Dicitur enim matrimonium † à matre,  
& munium, quasi matri officium, quod  
dat mulieribus esse matres, quibus filii ante  
partum sunt onerosi, in partu dolorosi,  
post partum laboriosi; & ex hoc legitimæ  
conjunctionis maris, & fœminæ magis ma-  
trimonium, quam patrimonium nuncupar-  
tur, c. 2. de convers. in fid.

¶ Matrimoniales causæ † ad judices ecclæ-  
siasticos spectant, per quos sunt deciden-  
dæ, & terminandæ, cap. multorum, 35. qu. 6.  
cap. 1. in fin. de consang. & affin. cap. exauditis,  
de prescript. & cap. accedentibus, de excess.  
prelat. contradicentes vero anathematis  
poenam incurruunt, d. can. fin. de sacr. matr.  
nec cuique iudici ecclæsiastico committi  
debent, quia, cum sint arduæ, ut tradit  
Abb. in cap. mulieri n. 5. de jure iur. non per  
inferiores, sed ab Episcopis tantum sunt  
cognoscendæ, concil. Trident. c. 20. vers.  
ad hac causæ, de reform. e. sess. 24 ita quod  
principaliter, neque incidenter per judices  
laicos possint tractari d. c. multorum, & pla-  
ne Farinac. in praxi crimin. tom. 1. par. 1. q. 8.  
numer. 149.

¶ Nam matrimoniales causæ adeò sunt  
privilegiatae, ut, duobus litigantibus,  
si extra Provinciam causa committatur,  
& pars, contra quam erit commissa,

Oo 2 pauper-